AD TERTIUM dicendum, quod loquitur ibi Propheta de scientia humana Christi. Dicit enim, Antequam sciat puer, s. secundum humanitatem, uocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putariuus) & matrem suam, scilicet Mariam, auferretur forniculo Damasci: quod non est sic intelligendum, quasi aliquando fuerit homo, & hoc nesciuerit: sed antequam sciat, id est, antequam fiat homo scientiam habens humanam, auferretur, uel ad literam, forniculo Damasci, & spolia Samariae, per regem Assyriorum: uel spiritualiter, quia nondum natus, populum suum sola inuocatione saluabit, ut glo. Hic. ibi exponit Augustinus. tamen in sermo. 7. de Epi. dicit, hoc esse completum in adoratione Magorum. Ait enim, Antequam per humanam carnem humana uerba proferret, accepit uirtutem Damasci, scilicet diuitias, in quibus Damascus praesumebat: in diuitijs autem principatus, auro defertur. Spolia uero Samariae idem ipsi erant: Samaria namque pro idolatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda conuersus est. Haec igitur prima spolia puer idolatriae detrahit. Et secundum hoc intelligitur, antequam sciat, id est, antequam ostendat se scire.

Q. 7. art. 9. & 9. ar. 1.

Esse citato in arg. 1.

Hier. ibi. 1. y. Aug. in ser. 4. qui est. 12. in ordine ante med. to. 10.

ARTICVLVS IIII. Vtrum anima Christi fuerit passibilis.

AD QUARTUM sic procedit. Videtur, quod anima Christi non fuerit passibilis. Nihil in patitur nisi a fortiore, quia agens praestantius est patiente, ut patet per Aug. 12. super Genes. ad litteram, & per Philot. de anima: sed nulla creatura fuit praestantior, quam anima Christi, ergo anima Christi non potuit ab aliqua creatura pati, & ita non fuit passibilis. frustra enim in ea fuisset potentia pati, si a nullo potuisset.

Prat. T. in lib. 8. de Tusculanis questionibus dicit, quod passiones animae sunt quaedam egredientes: sed in anima Christi non fuit aliqua agritudo, nam egritudo animae sequitur peccatum, ut patet per illud Psalm. 40. Sana animam meam, quia peccatum tibi, ergo in Christo non fuerunt animae passiones.

Prat. Passiones animae uidentur idem esse cum uitijs peccati, unde & Apostolus Rom. 7. uocat eas passiones peccatorum: sed in Christo non fuit fomes peccati, ut supra dictum est. Ergo uitijs non fuerunt in eo animae passiones, & ita anima Christi non fuit passibilis.

SED CONTRA est, quod in Psalm. 78. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea: non quidem peccatis, sed humanis malis. id est, ut supra dicitur, ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

RESPON. Dicendum, quod animam in corpore constitutam dupliciter contingit pati. Vno modo, passione corporali: alio modo, passione animali. Passione quidem corporali patitur per corporis lesionem. Cum enim anima sit forma corporis, conseqens est, quod unum sit esse anima & corporis: & id corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est quod anima per accidens perturbetur. quantum ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corpus Christi fuit passibile, & mortale (ut supra habitum est) necesse fuit, ut etiam eius anima hoc modo passibilis esset. Passione autem animali pati dicitur anima secundum operationem, quae uel est propria anima, uel principalis est anima, quae corporis. Et quis est secundum intelligere & sentire dicitur hoc modo anima aliquid pati, tamen sicut in secunda parte dictum est, per propriissime dicuntur passiones animae, affectiones appetitus sensitui, quae

Super Questionis quintadecima articulum quartum.

In uilo passibilis, ut sonat, siue da est.

In corpore articuli duo sunt. Primo respondetur quod si uero cuido, declaratur responsio.

Quo ad primum, primo distinguitur de passione anima conueniente corpori, uel corporali, uel animal.

Secundo, declaratur terminus primus, quod scilicet est animae passio corporalis.

Tertio, respondetur secundum talem passionem, quod si uero una conclusio: Anima Christi fuit passibilis passione corporali.

Probat: corpus Christi fuit passibilis, & mortale, ergo necesse fuit animam esse passibilem. Patet conuenientia ex terminis declaratis.

Quarto, declaratur aliter terminus, quod scilicet est anima passio animalis, & hic distinguitur, uel proprie uel propriissime.

Quinto, respondetur iuxta talem passionem, quod si uero una conclusio: Anima Christi fuit passibilis passione animalis. Probat: Affectus appetitus sensitui fuerunt in Christo, ergo Antecedens probatur dupliciter, primo, quia primum ad naturam hominis secundo, auctoritate Augustini.

Quo ad secundum declaratur secunda conclusio responsionis, quae qualiter, & quales fuerint passiones animales in Christo, Et ponitur triplex differentia secundum triplicem modum, quo deordinantur passiones uel ex parte obiecti, uel principii, uel effectus: ita quod summa differentia consistit inter passiones esse ordinatas, uel inordinatas. Et illae quidem in hoc proposito uocantur passiones, istae autem propalpassiones. Et ideo cum de Domino Iesu Christo sermo est (ne cuiusquam aures offendant) animales passiones negamus: pro passiones autem afferimus in Christo fuisse, Hieronymum imitantem,

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

lib. 14. partim medium mo. 3.

rantes, dicentem de Christi tristitia. Non passio, sed propassio

lib. 14. ca. 9. parum ante medium, co. mo. 3.

Super Quaestiois quinquadecima Articulum quintum.

Inclusus est. In corpore una conclusio: in Christo fuit uerus dolor. Probatur. In quo est lesio corporis & sensus lesionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit uerūque, ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Christi erat passibile & mortale. Quoad secundum uero, quia anima Christi perfecte habuit omnes potestas naturales.

lib. 14. ca. 9. parum ante medium, co. mo. 3.

Nota nouit, quod illa duo in littera posita requirunt ad dolorem, non sunt doloris partes, sed causae sufficientes. Dolor namque nec est lesio, nec perceptio lesionis: sed est passio appetitus sensitiui conuersus ex corporis lesione percepta sensum quantumcumque que corpus laederetur flagello, clauo, uel gladio, si non perciperetur, non conuulgeretur dolor, ut patet cum leguntur hi, qui patuntur eccliam. Et rursum quantumcumque corpus laedatur, & lesio percipitur intellectu uel imaginatione, si non sentitur, non sequitur dolor, ut patet in his, qui calidis adhuc plagis superluduntur. Hi enim magnam lesionem patientes uix dolent, quia fere illam non sentunt, perurbato organo tactus, quam tamen cognoscunt esse magnam corporis lesionem. Ex hoc enim quod quantitas coloris iuxta quantitatem sensationis consequitur, habetur quod dolor absolute sensatione absolute lesionis corporis consequitur, ita quod si nullus effectus lesionis sensus, nullus effectus dolor.

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

In responsione ad primum, dubium occurrit ad hominem, quia Auctor superius in quaest. 14. artic. 3. ad secundum dixit compositionem ex

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

in Christo fuerunt, sicut & cetera, quae ad naturam hominis pertinent. Vñ Aug. dicit in 14. de ciui. Dei. * Ipse Dñs in forma serui uitam agere dignatus, humanitas adhibuit eas, ubi adhibendas esse iudicauit: neque enim in quo uerum erat hominis corpus, & uerus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tñ est, quod homini passiones aliter fuerunt in Christo, quam in nobis, quantum ad tria. primo quidem, quantum ad obiectum, quia in nobis plerumque homini passiones feruntur ad illa, quae in Christo non sunt. Secundo, quantum ad principium, quia homini passiones frequenter in nobis praerueniunt iudicium rationis: sed in Christo omnes motus sensitiui appetitus oriuntur sine dispositione rationis. Vñ Aug. dicit 14. de ciui. Dei. * quod hos motus certissima dispensationis gratia, ita cum uoluit Christus suscipere animo humano, sicut cum uoluit, factus est homo. Tertio, quantum ad effectum, quia in nobis quicquid homini motus non sinit in appetitu sensitiuo, sed trahuntur rationem, quod in Christo non fuit: quia motus naturaliter humanae carni conuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, & ratio ex his nullo modo impediatur facere quae conueniebant. Vñ Hier. dicit super Matth. quod Dñs noster, ut ueritatem assumpti probaret hominis, uere quidem contristatus est: sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem de se cepit contristari, ut passio perfecta intelligatur, quando animo rationi dominatur: propassio autem, quando est inchoata in appetitu sensitiuo, sed ulterius non se extendit.

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod anima Christi poterat quidem resistere passionibus, ut ei non superuenirent, praesertim uirtute diuina: sed propria uoluntate se passionibus subiiciebat tam corporalibus quam animalibus.

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

AD SECUNDUM dicendum, quod * Tullius ibi loquitur secundum opinionem stoicorum, qui non uocabant passiones quoscumque motus appetitus sensitiui, sed solum inordinatos: tales autem passiones manifestum est in Christo non fuisse.

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

AD TERTIUM dicendum, quod passiones peccatorum, sunt motus appetitus sensitiui in illicita tendentes, quod non fuit in Christo, sicut nec fomes peccati.

cap. 26. in Marc. super illud. Spiritus u. 109.

ARTICVLVS V. Vt in Christo fuerit dolor sensibilis.

AD QUINTUM sic procedit. AVT in Christo non fuerit uerus dolor sensibilis. Dicit enim Hilar. in 10. de Trin. * Cum pro Christo mori sit uita, quid ipse in mortis facto doluisse asserimus? Et infra dicit f. Vni genitus Deus hominem uerum, non deficiens a se Deo sumpsit: in quo quis aut ictus incideret, aut uulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret, afferent quidem haec impetu passionis, non tamen dolorem passionis inferrent. non igitur in Christo fuit uerus dolor.

¶ 2. Præter. Hoc proprium uideatur esse carni in peccato conceptae, quod necessitati doloris subiaceat: sed caro Christi non est cum peccato concepta, sed ex Spiritu sancto in utero uirginali. non ergo subiicitur necessitati patienti ad dolorem.

¶ 3. Præter. Delectatio contemplationis diuinae diminuit sensum doloris: uñ & Martyres in passionibus suis tolerabilius sustinuerunt ex consideratione diuini amoris: sed anima Christi summe delectabatur in contemplatione Dei, quae per essentiam uidebat, ut supra dictum est. * Non ergo poterat sentire aliquem dolorem.

SED CONTRA est, quod Isa. 53. dicitur. Vere dolores nostros ipse sustulit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut patet ex his, quae in 2. parte dicta sunt) ad ueritatem doloris sensibilis, requiritur lesio corporis & sensus lesionis. Corpus autem Christi lesi poterat, quia erat passibile & mortale, ut supra habitum est. * Nec defuit ei sensus lesionis, cum anima Christi perfecte haberet omnes potestas naturales. unde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit uerus dolor.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in omnibus illis uerbis & similibus, Hilarius a carne Christi non ueritatem doloris, sed necessitatem excludere intendit. Vñ post praemissa uerba subdit, * Neque enim cum sitiuit, aut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dominus aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandam corporis ueritatem, corporis consuetudo suscepta est, ita ut naturam nostrae consuetudine, consuetudini sit corporis satisfactum: uel cum potum & cibum accepit, non se necessitati corporis, sed consuetudini tribuit, & accepit necessitate.

Tertia S. Thomae

contrariis esse causam remotam: peccatum uero causam proximam mortis, & aliorum defectuum naturae humanae: nunc uero dicitur peccatum esse causam primam. & compositionem ex contrariis esse causam propinquam horum defectuum. Quo modo stant haec simul?

Infr. q. 46. 2. 6. c. Et 3. di. 15. q. 2. ar. 3. q. 2. Et ueris quae 2. ar. 8. cor. h. & ad 8. Et op. 3. c. 239. Hil. lib. 10. in 2. fol. a princ. li. Lib. 10. de tri. ante modum ubi

Ad hoc dicitur, quod prius dicta uerificantur, referendo causas defectuum ad naturam humanam: hic autem dicta uerificantur, referendo eadem ad singulos filios Adae. Nam si ad naturam spectes humanam, inuenies compositionem ex contrariis causam esse mortis & defectuum remotam, quia impediatur a superueniente originali iustitia ut in se non possit effectum, ac per hoc peccatum tollens originale iustitiam prohibentem defectus, sic mortis & defectuum proxima causa non possit esse (ut compositio ex contrariis) sed remouendo prohibens, & hoc superius Auctor docuit. Si uero ad singulos filios Adae spectes, inuenies, peccatum esse causam primam (ut pote uniuersalem causam in suo ut dictum est, ordine, sed ut remouentem prohibens) compositionem autem ex contrariis in hoc homine esse propinquam causam mortis & defectuum: quae sola sufficit ad causandam mortem & defectus corporales: Sed quia compositio ex contrariis quae peccatum est causa uniuersalis absolute, & particularis in hoc, ideo aliter dicitur, quod prius dictum, uerum est quo ad ipsas causas: nunc uero dictum, uerum est quo ad executiones ipsarum causarum. Nam si ad compositionem ex contrariis & peccatum spectemus, inuenitur compositio prior. & peccatum tollens superuenientem iustitiam, inuenitur posterior causa, & hoc superius docuit Auctor dicens compositionem remotam, peccatum uero proximam causam. Si autem rempe ceterum ad executionem

q. 47. 2.

p. 3. q. 35.

q. 14. arti. 2.

Loco citato in argum.

1 3 nes

Super Quaestione quinquagesima articulum septimum.

Titulus clarus est.

In corpore duo sunt, primo declarantur conditiones requisitae ad cauendum timorem, secundo respondetur

questio, cum distinctione bimbembri & conclusionibus duabus. Quo ad primam, conditiones sunt quatuor: apprehensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duabus primis conuenit cum tristitia, quia uterque est ex apprehensione mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Sed haec differentia non sufficit, quia non est visqueaque differentia, quoniam futurum potest habere rationem praesentis, & tunc non timor, sed tristitia cauatur. Apprehenditur autem malum futurum sub ratione praesentis, quando ut certum apprehenditur, & ideo incertum seu possibile uitari esse debet malum futurum, quod timorem ingerit. Et haec omnia in litera ex conuenientia & differentia inter tristitiam & timorem clare dicuntur.

Sed bene nota uerba literae, si omnimodam certitudinem habeat: quoniam, est est certum quo ad substantiam & incertum quo ad tempus (ut contingit communi de morte) aut, quo ad genus mortis (ut contingit damnatis ad mortem & huiusmodi) quantum admittitur de incertitudine, tantum potest immisereri spei euadendi, & consequenter timoris. Nec potest propterea enumeratas esse omnes timoris causas, quoniam fat fuit proposito eas conditiones asserere, secundum quas discernendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor: de timore enim diffuse in prima secunda tractatum est.

Quo ad secundum, distinctio est, Timor potest considerari quantum ad duo: primo, quantum ad motum appetitus sensitui ex apprehensio malo futuro: secundo quantum ad motum eiusdem ex apprehensio malo futuro incerto. Prima conclusio est, In Christo fuit timor quo ad primum. Secunda conclusio est, In Christo non fuit timor quo ad secundum. Probatur auctoritate Damasceni. Et patet utraque conclusio ex dictis.

Sed dubium occurrit circa primam conclusionem, quia motus appetitus ex malo futuro apprehensio, non est timor nisi sit cum ipse euasione (ut in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus non est timor nisi aequiuoce, non saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

Dubium quoque alterum occurrit circa secundam conclusionem, quoniam ex hoc, quod Christus omnia futura certo cognouit, non sufficienter excluditur timor, quo ad incertitudinem euentus, quoniam scientia animae Christi (ut patet ex supra dictis) erat habitualis, nec oportebat esse actuale, quoniam habuit est, quo quis operatur cum uult, & propterea poterat Christus non uentido scientia euentus, quam habebat, apprehendere malum futurum, quasi incertum, & sic habere in suo appetitu timoris motum, quo ad

te eius ratio perturbatur. Et secundum hoc tristitia fuit in Christo secundum propassionem, non autem secundum passionem.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis tristitia est malum poenae, non autem est semper malum culpa, sed solum quando ex inordinato affectu procedit. Unde Aug. dicit 14. de Ciuita. Dei: Cum rectam rationem sequuntur iste affectiones, & quando, & ubi oportet, adhibentur, quis eas tunc morbidas seu uitiosas passionem audeat dicere?

AD QUARTUM dicendum, quod nihil prohibet, aliquid esse contrarium uoluntati secundum se, quod tamen est uoluntati rationis finis, ad quem ordinatur: sicut medicina amara non est secundum se uolita, sed solum secundum quod ordinatur ad sanitatem. Et hoc modo, mors Christi & eius passio fuit secundum se considerata inuoluntaria, & tristitiam causans: licet fuerit uoluntaria in ordine ad finem, qui est redemptio humani generis.

ARTICVLVS VII.

Utrum in Christo fuerit timor.

AD SEPTIMUM sic proceditur. VI. Quod in Christo non fuerit timor. dicitur. n. Prouer. 18. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit: sed Christus fuit maxime iustus, ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ 2. Præter. Hila. dicit 10. de Trin. Interrogo eos, qui hoc ita exi-

omnia (sicut & tristitiam) non quo ad aliquid tantum.

¶ Et augetur dubium, quia ex eo, quod in Christo non erat redundans superiorum ad inferiores partes, aut e contra, sed utraque pars sibi propria exercebat, consentaneum est, ut altimatiua seu cogitatiua Christi cum ratione non uentente scientia infusa de certitudine euentus mortis, quāuis uentente scientia futurae mortis, apprehenderit malum futurum, ut incertum ipsi cogitatiua quo ad euentum, & ex tali apprehensione fuerit timor quo ad omnia, cum imaginatiua seu cogitatiua sit mouens immediatum appetitum sensitiuum.

¶ 3. Præter. timor non uidetur esse nisi de malo, quod non potest homo uitare: sed Christus poterat uitare & malum poenae, quod passus est, & malum culpa, quod aliis accidit, ergo in Christo non fuit aliquis timor.

SED CONTRA est, quod dicitur Marc. 14. Cœpit Iesus paucere & tacere.

RESPON. Dicendum, quod sicut tristitia cauatur ex apprehensione mali praesentis, ita timor cauatur ex apprehensione mali futuri. Apprehensio autem mali futuri si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. unde Philoso. dicit in 2. Rhet. quod timor non est nisi ubi est aliqua spes euadendi. Nam quando nulla spes est euadendi, apprehenditur malum ut praesens, & sic magis cauatur tristitia, quam timorem.

Sic ergo timor potest considerari, quantum ad duo. Vno modo, quantum ad hoc quod appetitus sensituius naturaliter refugit corporis lationem, & per tristitiam, si sit praesens, & per timorem, si sit futura. Et hoc modo, timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo, potest considerari secundum incertitudinem futuri euentus: sicut quando nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignoran-

ter timor potest dici albus, quia, simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, uere negatur in Christo simpliciter & absolute, quia Christus erat certissimus de euentu malorum. ¶ Et hoc est quod docetur ex secunda conclusione literae: cum quo tamen fiat, quod in Christo secundum aliquam portionem potuit esse timor, etiam quo ad incertitudinem euentus, quod est in Christo secundum quid fuisse timorem, quo ad incertitudinem euentus, pro quanto potuit ratio inferior apprehendere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, uel incertitudine euentus, ac per hoc apprehendebatur malum futurum ut incertum negative: remanebat siquidem malum futurum non certum ex hoc ipso, quod non proponebatur certe euenturum. Et sic potuit esse in Christo timor, etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod motus appetitus sensitui cauatur ex apprehensione mali futuri, abstrahendo a certo, uel incerto, est uere timor, non tristitia, requirens quod malum futurum apprehendatur, quasi praesens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionem, nisi quod timor fuit in Christo, quatenus cauatur ex apprehensione mali futuri, non sibi non obstant prius dicta ex Aristotele. Nec obstat secunda conclusio, quae non negat huiusmodi timorem.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quod motus appetitus sensitui cauatur ex apprehensione mali futuri, abstrahendo a certo, uel incerto, est uere timor, non tristitia, requirens quod malum futurum apprehendatur, quasi praesens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionem, nisi quod timor fuit in Christo, quatenus cauatur ex apprehensione mali futuri, non sibi non obstant prius dicta ex Aristotele. Nec obstat secunda conclusio, quae non negat huiusmodi timorem.

Tertia. Thomae.

I 4 rem

Lib. 2. Rhet. cap. 5. circa mediū ro. 3.

Lib. 14. cap. 9. ante me. 1. 5.

Lib. 14. cap. 9. ante me. 1. 5.

Lib. 14. cap. 9. ante me. 1. 5.

Lib. 14. cap. 9. ante me. 1. 5.

Lib. 14. cap. 9. ante me. 1. 5.

res si vis conclusiones deducere, syllogizare facile, in Christo fuit iustitia & appetitus vindictae, no preter: sed secundum rationis ordinem, ergo in ipso ira non per vitium, sed per zelum fuit.

perit vindictam secundum ordinem iustitiae, & hoc uocatur ira per zelum. Dicit enim Augustinus super Ioan. quod zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruersa, quae videt, cupit emendare: & si emendare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Gregorius dicit 5. moral. ira dupliciter se habet in homine. Quandoque enim preuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tunc proprie ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quod ira viri, iustitiam Dei non operatur. Quandoque vero ira sequitur rationem, & est quasi instrumentum ipsius, & tunc operatio, quae est iustitiae, non attribuitur ira, sed rationi.

AD SECUNDUM dicendum, quod ira quae transgreditur ordinem rationis, opponitur mansuetudini, non autem ira, quae est moderata, & ad medium reducta per rationem, nam mansuetudo medium tenet in ira.

AD TERTIUM dicendum, quod in nobis secundum naturalem ordinem, potentiae animae mutuo se impediunt, ita scilicet quod cum unius potentiae operatio fuerit intentata, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, quod motus irae, etiam si sit secundum rationem moderatus, utrumque impedit oculum animae contemplantis. Sed in Christo per moderationem diuinae virtutis, vnicuique potentiae permittebatur agere quod erat ei proprium, ita quod una potentia ex alia non impediatur. Et ideo, sicut delectatio mentis contemplantis non impediatur tristitia, vel dolorem inferioris partis, ita etiam conuersio passionis inferioris partis, in nullo impediatur actum rationis.

A plene Deo fruebatur, non igitur Christus fuit viator, sed purus comprehensor.

¶ 3. Praet. Sancti, quorum animae sunt in celo, & corpora in se pulchra, fruuntur quidem beatitudine secundum animam, quantum eorum corpora morti subiaccant, tamen non dicuntur viatores, sed solum comprehensores. ergo pari ratione licet corpus Christi fuerit mortale, quia tamen mens eius Deo fruebatur, videtur quod fuerit purus comprehensor, & nullo modo viator.

SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 14. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

RESPON. Dicendum, quod aliquis dicitur viator, ex eo quod tendit in beatitudinem, comprehensor autem dicitur ex hoc, quod iam beatitudinem obtinet, secundum illud 1. Cor. 9. Sic currite ut comprehendatis. & Philip. 3. Sequor autem, si quo modo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta consistit in anima & corpore, ut in secunda parte habitum est. In anima quidem quantum ad id, quod est ei proprium, secundum quod mens uidet, & fruitor Deo. In corpore vero, secundum quod corpus resurgit spirituale, & in uirtute, & in gloria, & in incorruptione, ut dicitur 1. Corin. 15. Christus autem ante passionem secundum mentem plene uidebat Deum, & sic habebat beatitudinem, quantum ad id, quod est proprium animae: sed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia & anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale, ut ex supra dictis patet. Et ideo simul erat comprehensor, in quantum habebat beatitudinem propriam animae: & simul viator, in quantum tendebat in beatitudinem, secundum id, quod ei de beatitudine deerat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine, secundum idem. Sed secundum diuersa nihil hoc prohibet, sicut aliquis homo simul est sciens, quantum ad ea, quae iam nouit, & addiscens, quantum ad ea, quae nondum nouit.

AD SECUNDUM dicendum, quod beatitudo principaliter & proprie consistit in anima & secundum mentem, secundario tamen & quasi instrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philosophus dicit in primo Ethic. quod exteriora bona organice deferuntur beatitudini.

AD TERTIUM dicendum, quod non est eadem ratio de animabus sanctorum & de Christo, propter duo: primo quidem, quia animae sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secundo, quia corpora non agunt aliquid per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

ARTICVLVS X.

Vtrum Christus simul fuerit uiator, & comprehensor.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit simul uiator & comprehensor. Viatori enim competit moueri ad finem beatitudinis, comprehensori autem competit in fine quiescere. Sed non potest eidem simul conuenire, quod moueatur ad finem, & quod quiescat in fine, ergo non potuit simul esse, quod Christus esset uiator, & comprehensor.

¶ 2. Praet. Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini secundum corpus, sed secundum animam, Vnde Augustinus dicit in Epistola ad Dioscorum, quod ad inferiorem naturam, quae est corpus, redundat ab anima, non beatitudo, quae propria est fruentis & intelligentis, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Sed Christus licet haberet corpus passibile, tamen secundum mentem

AD SECUNDUM dicendum, quod beatitudo principaliter & proprie consistit in anima & secundum mentem, secundario tamen & quasi instrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philosophus dicit in primo Ethic. quod exteriora bona organice deferuntur beatitudini.

AD TERTIUM dicendum, quod non est eadem ratio de animabus sanctorum & de Christo, propter duo: primo quidem, quia animae sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secundo, quia corpora non agunt aliquid per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

QVAESTIO XVI.

De consequentibus Unionem quantum ad ea, quae conueniunt Christo secundum esse, & fieri, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quae consequuntur unionem. Et primo quantum ad ea, quae conueniunt Christo secundum se. Secundo,

corpore, &c. Secunda autem, quia uiator est, qui tendit in beatitudinem: comprehensor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apostoli.

1.2. q. 4. ar. 4.

arti. 4. huius q. & q. 14. ar. 1. c. 2.

li. 1. eth. c. 8. circa fi. to. 5.

¶ Super Questionem sextamdecimam.

Incipit secunda pars primi tractatus de Christo, in qua expeditur his, quae de Unionis mysterio erant dicenda, tractantur illa quae ad unionem consequuntur, ut patet in littera, in qua

3. dist. 16. ar. 2. & dist. 16. ar. 2. Et ver. 24. ar. 10. & q. 29. ar. 6. Et quodlibet. 11. q. 2. ar. 1. Et op. 1. c. 23. Et op. 1. c. 23. cap. 7.

1. 2. q. 4. ar. 3. ad 1. 2. q. 11. ar. 1. 2. & 3. Mal. 2. c. 1. & 2. 1. 2. q. 4. ar. 2. & 3. ar. 1. quodlibet.

epi. 16. ante mediu. to. 2.